

tile et Consulatus Maris spectant, exceptis, — coram ejate Foro Judicium et Rectorum tamquam Judicio Civico ac Districtuali primae Instantiae inchoabuntur, et ad exigentiam Regni legum ac ordinis judiciarii definientur; appellata autem relate ad praedictas causas ad Capitaneam Sedem Judiciariam, abinde vero immediate ad Tabulam Septemviralem competit.

§. 2. In Districtu hoc provisorie hucdum ocservato Codice Criminali Theresiano extra vigorem posito, — Causae Criminales coram Capitanea Sede Judiciaria suscitabuntur et norma per leges Regni sancita pertractabuntur, unde causae hae via appellatae ad Tabulam Regiam, inde vero ad Tabulam Septemviralem transmittentur.

§. 3. Quum Urbs et Districtus Fluminensis tam e peculiari liberorum Portuum consideratione, quam et ex eo, quia separatum a reliquis Regni Jurisdictionibus corpus constituerent, specialem subeant reflexionem, hinc Capitanea Sedes Judiciaria personalium quoque contra nobiles Regni in gremio Districtus hujus habitantes suscitandarum causarum primae Instantiae Forum constituet; ejusmodi in causis latae sententiae aequae ad Tabulam Regiam, inde vero ad Tabulam Septemviralem appellabuntur.

§. 4. Judicium Civicum ac Districtuale e quinque ad integratatem Judicij necessariis Judicibus Rectoribus, uno quippe Capitaneali et quatuor Communitativis componetur, viris juris gnaris, aut, qui in praegesto quopiam munere specimina jurisprudentiae ediderunt, maturitate judicij, probitate morum et fiducia Concivium suorum gaudentibus, atque inter hos praeferenter in gremio Civitatis possessionatis.

§. 5. Capitanea vero Sedes Judiciaria consistet minimum e septem ad integratatem Judicij inevitabiliter requisitis Judicantibus, Praeside quippe Districtuali Capitaneo, una munus Gubernatoris Litoralis Hungarici gerente, aut hoc absente vel impedito, Vice-Capitaneo, — coassidentibus item administris sex patriciis Consiliariis, per Capitaneale Consilium eligendis et per Praesidem more consveto convocandis.

De oblatis, ad foundationem Academiae militaris hungaricae Ludoviceae continuative factis.

Articulus 39.

Draskovich Georgius Comes	1000 flor.	Conv.	Mon.
Syrmensis Comitus	269	"	"
Consilium Gubernii Fluminensis	200	"	"

De Juris cursu.

Articulus 55.

Ad accelerandum Juris cursum, donec eatenus uberiorum constitutum fuerit, statuitur: